Forma iuramenti.

Ego Mansuetus Abbas Monasterij sancti Laurentij Cremonen ordinis sancti Benedicti ab hac hora inantea fidelis et obediens ero beato Petro sancteq3 aplice Roman ecclie et domino nro domino Nicolao ppe v suisq3 Successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio aut consensu uel facto ut uitam perdant aut membrum seu capiantur aut in eos uiolenter manus quomodolibet ingerantur seu iniurie aliquae inferantur quouis quesito colore. Consilium uero quod michi credituri sunt per se aut nuntios seu litteras ad eorum dampnum me sciente nemini pandam. Papatum Roman et regalia sancti Petri adiutor eis ero ad retinendum et defendendum contra omnem hominem. Legatum sedis aplice in eundo et redeundo honorifice tractabo et in suis necessitatibus adiuuabo. Iura honores priuilegia et auctoritatem Roman ecclie domini nri ppe et successorum predictorum conseruare defendere augere et promouere curabo. nec ero in consilio uel in facto seu in tractatu in quibus contra ipm dominum nrm uel eandem Curia Roman aliqua sinistra uel preiudicialia iuris honorum status et potestatis eorum machinentur. Et si talia a quibuscunq3 procurari nouero uel tractari impediam hoc pro posse et quanto citius potero comode significabo eidem domino nro uel alteri per quem possit ad ipius notitiam peruenire. Regulas sanctorum Patrum decreta ordinationes sententias dispositiones reseruationes prouisiones et mandata aplica totis uiribus obseruabo et faciam ab alijs obseruari. Hereticos Scismaticos et Rebelles predicto domino nro ac eisdem successoribus pro posse persequar et impugnabo. uocatus ad Synodum ueniam nisi prepeditus fuero canonica prepeditione. Aplorum limina existente citra singulis annis ultra uero montes singulis Biennijs uisitabo aut per me aut per meum Nuntium nisi aplica absoluar licentia. Possessiones uero ad mensam Monasterij mei pertinentes non uendam neq3 donabo neq3 impignorabo neq3 de nouo infeudabo uel aliquo modo alienabo etiam cum consensu Conuentus Monasterij mei inconsulto Roman Pontifice. Sic me deus adiuuet et hec sancta dei euangelia.

Morbio 29 (12)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle

Augg

Gratis de mand^to d. n. pp.
N. Magro

P. de Bonitate

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1873077858-13/fragment/page=0001
DFG

Forma iuramenti R.di D. Manasse Abbatis S. Laurentii Cremonae

23 (c. 1288–1294)
Eidformel des Abtes vom Kloster S. Laurentii in Cremona.

29,12

Morbio 29 (12)

14

[F]orma iuramenti

Morbio 29 (12)